

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

Pietas filiorum in parentes. Emblema CXCV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

diu corpus suum exardendum opposuit, multisque ita vulneribus acceptis, eorum saluti consulere non potuit, sed vna cum ijs est miseriamē confossa. Legimus in expeditione Cyri minoris apud Xenophonem lib. 4. a puero quodam. Dracontio nomine, per imprudentiam puerum interemptū fuisse, quamobrē in exilium pulsus quamquā puer & imprudens. Sed iudices

non tā quidem iniuriā, quę non potest esse sue animo nocēdi, quāā parentū incuriā in filiis vindicauerūt. Posset idem Emblemam multis exemplis insignis parentum amoris illustrari, quę quia peti possunt ex Val. Maximo lib. 5. Sabel. lib. 3. Aliano, & alijs, nolo longiori sermone lectorem detinere, sed piam Æneam filijs exemplum statuere pietatis in parentes pāro.

Pietas filiorum in parentes.

EMBLEMA CXC.V.



**P**ER medios hosteis patria cum ferret ab igne.  
 Æneas humeris dulce parentis onus:  
 Parcite, dicebat: vobis sene adorea raptō  
 Nulla erit, erepto sed patre summa mihi.

COMMENTARIIL.

I. **P**IVS Æneas armatus patrem Anchisen senio confectum, humeris suis ex ceptum baiulat, & per mediam flammam

incensa Troie ereptum desert.  
 ÆNEAS potissimum commendatur ob summam in patrem Anchisen pietatē,

II.  
 Ænea  
 pietas.

Ilio enim expugato, & iamiam conflagra- te, ille cunctis alijs facile neglectis, Deos penates abduxit, & patrem humeris e media flamma sustulit. Quod hostes Græci cum vidissent, moti pietate tam insigni, ei, quod sibi dari postulabat, concessere, & abeundi quod vellet, facultatem non inter- cludere, facientes illi quidem hostilitatis remitti iura, & mansuetudinem esse adhi- bendam, aduersus eos potissimum, qui ita verecundè se in Deos & parentes gerant. Refert Elian. 3. ποιητὰ ἰσοπ. Virg. 2. Æ- neid. Ouidius 13. Metam. Hoc autem ex- tulit e Græco auctoris innominati, quod est lib. 1. Epigram. εἰς φιλοσοφίας.

ἰκ πυρὸς Ἰλιακῆ, δόρατῶν μίσην ἢ πα- σὲν ἤρας ἀνείας, ὄσιον παιδὶ βάρος πατέρα. ἄλλα γὰρ δ' ἀργείοις, μὴ ψεύετῃ, μικρὸν ἴσ' ἄρῃ κίρδος ὁ γηραιὸς, τῶ δ' ἴ φέροντι, μέγα.

Sic conatus est aliquando reddere Clau- dius Minos:

Ex incendio Iliaco, telorum per medium eripuit heros Aeneas, pium filio pondus, patrem; Acclamabat autem Argiuis: Ne tangite: exiguum ad Martem Luctum senex; at [michi] ferenti ma- gnum.

Sustulit Aeneas Graium per tela, per ignes Inualidi sanctum quando parētis onus:

Parcite ei, dixit: nihil hoc e Marte lucelli, At mihi sublato gloria summa patre. Marullus lib. 3. eodem omnino argumēto. Cum ferret medios proles Cytherea per ho- stes

Impositi collo languida membra patris:

Parcite, ait, Danaï, leuis est sene gloria ra- pio;

At non expro gloria patre leuis.

Cum quo Epigrammate non inuicus con- ferre velim lepidum Actij Sinceri, Itali Poeta reuera polito & elegantis carmen, quod ingeniam scripsit e Sinuessa rui- nis eruta: qua in gemma sculptus Aeneas Anchisen patrem & Ascanium humeris sustollens conspicebatur. Id est eiusmodi. Hac mihi qua roseos iussit sordere byacin- thos,

Et niset articulis vnica gemma meis:

Cuius in exiguo ductor stat Troicus orbe,

Anchisesq; senex, Ascaniusq; puer

Quis credas? vereres inter neglecta ruinas. Et vili latuit semisepulta solo.

Tu tamen obrueras, nec te sinuessa pudebat Hoc decus, heu, terris oculuisse tuis?

Scilicet Aeneam, natumque patremq; ge- rentem,

Ignibus erectos obrueresq; Deos? Parcere debueras, cui iam pia flamma pe- percit,

Nec te tam turpi dedecorare nota. Et dubitem Belgasq; feros, rigidosque Bri- tannos

Hac comite ignotos & penetrare sinus? Hac est Iliacos pietas spectanda per ignes,

Cum veris est profugos ledere flamma Deos.

Huc facit pulcherrimus Senecæ locus 3. de Beneficijs, vbi ait: Hoc agite, optimi iuuenes, proposita est inter parentes ac li- beros honesta contentio, Sumite modò a- nimum qualem decet, & deficere nolite, vt vincatis optantes. Nec desunt tā pulchro certamini duces, qui ad similia vos cohori- tentur, ac per vestigia sua ire ad victoriam sepe iam partam ex parentibus iubeant.

Vicit Aeneas patrem ipse, cuius infantia leue tutumque gestamen, grauem senio, per media hostium agmina, & per cadētis circa se vrbis ruinas ferens, cum comple- xus sacra ac penates Deos religiosus senex non simplici vadentem sarcina premeret, tulit illum per ignes: & quid non pietas potest? Hæc Seneca.

PER medios hostes] Per medios Gra- corum militum copias.

Patria] Illi siue Troæ.

Ferret ab igne] ab incēdio. Prouerbiū sapit, quo vltus est Aristides in Apellæ genechliaco: ἰν μέτρῃ φασίν, πυρὸς τῆ ἀν- δρᾶ σὺ ζῆν. E medio, quod dicitur, incēdio seruare virum; pro eo quod est, e maximo periculo liberare.

Dulce parentis onus.] Sic ferè Ouid, 2. Pastor.

Dog; viri collo dulce pependit onus. de Lucretio loquitur. Catullus ad Man- lium:

Ingratum tremuli tolle parentis onus. Adorea.] Gloria, victoria bellica, Ho- rat. 4. Carm. Ode 4.

Qui primus alma risit adorea.

Plinius cap. 3. lib. 18. Gloriam ipsam a far- ris honore adorea appellabant quia glo- riosum cum putabant vereres, qui patris copia

Pulcher Seneca lo- cus.

III.

Adorea quid.

Typus Emble- matis.

Epigram- ma San- natarij.

copiā abundare, vt tradit Fest. Pompeius, Annian. Marcell. 20. Laborum factorum quę vehiens adorea celsas. Sidonius Apollinar. Epist. 7. Posset triumphalibus adoreis familia tuę defatigari? Apuleius Asi- ni aurei 3. Iam & ipse possum mihi primam istam virtutis adoream numerare, & 7. Vt, quod aiunt, domi forisquę foribus factis adorea plenę gloriarer. Mamertinus Panegyrico: Cūm honore meum adoreis militibus cumulare: Claudian. de laudib. Stiliconis in fine:

*Hęc omnes veterum reuocauit adorem lau-  
rus.*

Marcellinus lib. 25. Hist. Catilina claras gloriarum adorea sempiternis maculis obumbravit.

*Rapto, crepto.*] Obserua discrimen signi- ficationis inter simplex & compositū; vō illud est in superioribus, Emblemate 90.

*Viris rapimur, piscibus eripimur.*

IV.  
*Pietatis  
exemplum  
Æneas.*

SCRIPTORES pleriq; graues, vt ostenderent longę pulcherrimum pietatis in parentes simulacrum, Æneam insigni pietate virum, & qui ē medio patrię incendio senio confectum patrem humeris sustulerit, representari voluerunt. Etenim vna pietas est, quę hominem maximę commendat, vel quę iuratiſſimos hostes ad mansuetudinem lenitatemque cogat, manusque continere iubeat. Quare hoc loco monemur, quanta obseruantia, quā- toq; amore debeamus profequi parentes, a quibus secundum Deum vsuram vitę communis accepimus. Sunt enim patres vna quadam veraque imagines comunis omnium parentis Dei, ἀγάλματα τῆς πατρῶν πατρῶς Διός; teste Proclo: dixitque Hierocles τοὺς γονεῖς εἶναι τοὺς δευτέ- ρους καὶ πηγῆς τινὰς θεοῦς, Stobæus re- tulit ser. 77. neq; vllus est, qui Deum re- ctē colere & obseruare potest, qui in pa- rentes fuerit impius: θεὸς μέγιστος τοῖς εὐφροσίν οἱ γονεῖς. Parentes sunt instar Deorum certō maximorum apud prudentes. Platonis non malē quadrabit oraculum hoc loco; sic enim 11. Leg. Cuius pa- ter matre, aut horum parentes senio con- fecti, quasi thesaurus aliquis, domi iacent, is putet nunquam aliud sibi tale simula- crum vel magis efficax domi affuturum,

*Locus  
platonis  
de pietate* περὶ ἡμετέρας οὐκ ἔστι κείνται κειμήλιοι,

ἀπειρηκότες γῆρα, μηδέεις διαπονητῶ filiorum ποτὶ ἀγάλμα αὐτῶν τοιούτων εἰς ἴσον in paren- τῶν εἶδημα ἐν οἰκίᾳ ἔχον μάλλον κυριῶν tes.

ἔσοσθαι, ἰάν δὴ κατὰ τρόπον γε εὐδῶς αὐτὸ δεραπνεύει ὁ κερτηνῆτος. Hanc sanē vel iure naturę filij parentibus pie- tatem debent, vt posthabitis diuitijs,

rebusq; caducis omnibus, illis in primis, etiam cum discrimine vitę libentissimę subueniant, eos nutriant & venerentur obseruantissimę. Numeratur & inter De- calogi pręcepta vnicum, cui pręmiūm annectitur, longęuia nimirum in terris vi- ta, Exodi 20. Exemplum insigne pietatis pręter nōstrum Æneam habemus iuue- nem Pinēsem, cui Platonis cognomē erat.

*Platonis,  
iuenem*

Hic tanto animi corporisve robore arma- tus fuit, vt (teste Val Maxim. lib. 5.) cum

obsessę vrbis suę claustris pręsideret, & pietas.

Romanus Imperator patrem eius capti- uum in conspectū ipsius constitutum, di-

strictis militum gladiis circumdeditset, occisurum se minitans, nisi irruptioni suę iter prębuisset, solus ē manibus eorum,

senē rapuerit: duplici pietate memorandus, quod & patris seruator, nec patrię fuit

proditor. Quid Cimon Atheniensis? qua

& ipse pietate censendus? Qui vt Milcia- dem patrem publicē damnatum vinculis

eximeret, vltiō se carceri obtulit, mortem (vt credere æquum est) libens oppetiturus, modō patrem a periculo seruasset. Il-

lustrantur hęc memorabili historia, quę a Fazello recensetur, lib. 3. cap. 1. prior.

Decad. Duorum, inquit, fratrum sepul- tura & pietate Catana celebrata est, quos

Catanensis quidem Anapium & Amphino- mum; Syracusani verō, qui de eorum

patria contendunt, Emanihium & Crito- nem vocant. Hi Ætna quondam latē in-

cendiis grassante, patres senio confectos & ad sui ab igne fluente liberationem im-

potentes, vt eorum vitę consulereut, pa- trem vnus, matrem alter humeris suffere-

tes ab incēdii loco quām celerrimę afpor- tarunt. Cumq; parentum preſsi pondere

tardius (vt pat erat) iter conficerent, a vicinis & inſequentibus ignibus visi sunt

opprimi: qui tamē cum ab incepto pio o- pte ob periculi metum non delisterent,

ardentium ignem fluentem, cum ad eos per- uenisset (mirum visu) iuxta illorum pe-

des in duas partes sūr dissecta, ac ipsos eū parentibus adoleſcentes, nullo eis illato

æstu

Anapii et  
Amphi-  
nomi pie-  
tas.

adoleſcentibus  
perpetuam  
quos quę  
lanias m  
cer. Hi  
eos quo  
quod lib  
curam pe  
illis opor  
viciis p  
statis vi  
suum  
Trib.  
set, m  
do, a  
accenſi  
plum p  
in æde  
viti pla  
an cui  
deſciv  
ſerpe  
cur) fil  
peruic  
Hi. Hi  
opara  
tate pie  
tus ex  
impu  
nihilur  
pau. ob  
tam, de  
ta. agn  
viti  
manu  
nec pub  
opu

actu neq; incommodo præterierunt. Sed post eos, ut res mira dilucidius appareret, rursus flammæ in vnum corpus coierunt. Quia virtute ac miraculo commendatis adolescentibus post obitum eorum Catanenſes monumentum regia magnificentia erexerunt, regium perpetuum nomen indicentes; Piorum namque campum cum appellauerunt, ac statos solennesq; honores perpetuò illis impendendos dedicauerunt? quos quolibet anno arate etiam sua Paulanias magna pompa perſolutosuisse docet. Hinc videmus Deum verum Euhucos quoq; singulari miraculo erudiſſe, quod liberi posthabito proprio periculo, curam parentum habere, omniq; ratione illis opitulari tenerentur. Magna sunt hæc vitæ pietatis opera, sed nescio an his omnibus valentius & animosius Claudiæ Vestalis virginis factum, quæ cum patrem suum triumphantem è curtu violenta Trib. plebis manu detrahi animaduertisset, mira celeritate vtriusq; se interponendo, amplissimam potestatem inimicitijs accensam depulit. Igitur alterum triumphum pater in Capitolium, alterum filia in ædem Vestæ tulit; nec discerni potuit, vtri plus laudis tribueretur, cui victoria, an cui pietas com'sa lerat. Sed ad viros declinamus. Oppium à triumphis proſcriptum (dum ad supplicium quæreretur) filius hameris extulit, & incolumem peruenit in Siciliam. Refert Tacitus lib. 3. Hist. Sub Vitellij nefarij hominis principatu mirum dictu accidit, & nō postremæ pietatis exemplum. Iulius Mansuetus ex Hispania rapaci legioni additus, impubere filium domi liquerat. Is mox adultus in:er Septimianos à Gilba conſcriptus, oblatum forte patrem vulnere stratum, dum semanimem ſerutatur, agnitus, agnoscensque, & ex sanguinem amplexus, voce fibili precabatur patris manes, ne v' se ve parricidam aduersarentur: publicum id facinus: & vnum militæ, quotam ciuiliū armorum partem: simul

atcollere corpus, aperire humū, supremo erga patrem officio fungit: Aduertere proximi, deinde plures, hinc per omnē acioni miraculum. & questus, & sequissimi belli execratio. Sic Tacitus. Sed audiamus diuinum Platonem verbis efficacissimis paternam venerationem inculcātem: Ergo (inquirit in libris de legibus) fas est, parentibus prima & maxima debita, omnium antiquissima debitorum persoluere. Putare enim quisque debet, omnia quæ possidet, eorum esse qui genuerunt & educauerunt: ita ut illis hæc omnia pro vicibus ministrare debeat; primum quidem externa bona, deinde etiam corporis, postremo quæ ad animum pertinent. Verbis quin etiam per totam vitam parentes maximè venerari decet: leuium enim volatiliūq; verborum grauissima imminet pena. Nam omnibus præposita est Nemesis, iudicij angelus, huicemo li inspector omnium. Oportet itaq; iratis, animamq; exlentibus cedere, seu verbis seu rebus id faciāt. Quod si ita exactius seruauerimus, digna à Dijs cæterisque natura nostra superioribus præmia referemus, plurimum bona cum spe viuentes. Hæc Philosophi placita qui altius certiusq; imberit, in eam, opinor, sententiam pedibus ibit, ni Galatam altius hauserit, Lemnio etiam scelere imbutus, nulla eloquij facultate, nulla præstantis ingenij solertia exprimi posse, quā laudabile, quā omni excipiendum plausu festisq; vocibus, si quem inaudias patribus obsequentiſſimum filium, & in eo vno cōtumacem, ne beneficiis viuatur. Quod esse certanè omnium speciosissimum quis ambigat? in quo festis, etiam si ad triarios res redeat, subinde tamē restituenda sit acies, succlamādumq; Felices qui vicerint, felices qui vincuntur. Porro de filiorum in parentes pietate vide Valeriu Maxim. lib. 5. cap. 4. Aristotelem in lib. de Mundo ad Alexandum, in ipso fine, & Herodotum in 1. Hist. de Bithome: Nobis ad mulieres reuertendum est.

Platonis  
scita d  
parentum  
cultu.

Claudia  
Vestalis  
pietas.

Oppij  
pietas.

Mira  
pietas  
in filio  
erga  
parentem.



Mulieris